



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 54. Caroli IX. literæ a Birago Patribus traditæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI idem Præses studiose coram Patribus
A.C. 1563. nullam mentionem fecerat de ea trans-
latione, quam duntaxat, si Hispaniæ Rex
ad Gallorum sententiam responsum
esset, proponere jussus erat.

§. LIV.

*Caroli IX. literæ a Birago Patribus
traditæ.*

Pall. c. 3. n. 5. Die secunda Junii Biragus ad 'con-
Sarp. p. 680. ventum admissus, ibidem Caroli IX.
Mem. pour le Concil de Trente p. 414 epistolam Chanoncæi die decima quar-
& 415. ta Aprilis datam exhibuit: porro in ea
Rex hæc exponebat. .. Secreto Deiju-
,,dicio ex omnibus remediis, quæ ad
,,sopiendos tumultus circa Religionem
,,in Regno meo excitatos adhibui, nil
,,inde aliud evenit, quam crudelitates,
,,homicidia, deprædationes, urbium de-
,,vastationes, Templorum, ædiumque
,,sacrarum ruinæ, Principum cædes,
,,Procerum, ac Belliducum clades, tot-
,,que aliæ calamitates, ac miseriæ, ut
,,proin haud ægre judicare possim, quod
,,ad sanandos homines, qui nonnisi ra-
,,tionum, ac argumentorum vi se flecti
,,sinunt, armorum remedia minime sint
,,adhibenda: eapropter ad pacem cum
,,Hugonottis ineundam compulsus sum,
,,nec id a me factum, ut novam sectam
,,in Regno meo stabiliri permitterem,
,,sed ut positis armis, omniq[ue] animo-

,,rum

„rum contentione, ac odiis tandem Sæcul. XVI^a
 „cessantibus omnes meos subditos ad A.C. 1563.
 „generalem in eadem fide unionem
 „cum minori repugnantia revocare va-
 „leam, quem favorem expecto a Dei
 „misericordia, & seria morum emenda-
 „tione, quam per Concilium obtinen-
 „dam spero, nam id ipsum universalis
 „Christianæ Reipublicæ status a Pa-
 „trum pietate depositus: cum autem
 „multa habeam, quæ præfatis Synodi
 „Patribus exponam, hinc Renatum Bi-
 „ragum Præsidem supremi Consilii, quod
 „ultra Montes, seu Taurini institui, ad
 „vos ablego, ut hic meus Deputa-
 „tus ore tenus vobis omnia proponat:
 „eapropter vos rogo, ut illum benigne
 „exciptiatis, atque omnibus, quæ nomi-
 „ne meo exponet, fidem adhibere veli-
 „tis.„

§. LV.

Biragi Præsidis oratio ad Sy- nodum.

Perfecta hac epistola Biragus oratio- Pallav. l. c.
 nem habuit, in qua sigillatim enar- Visconti to. 2
 rabat dissensiones, bella, & calamitates, lett. 39. p. 27.
 quæ Franciam præcipue post Conne- Sarpius l. c.
 stabilis captivitatem, & tragicam Gui-
 sii Ducis mortem exagitant: postea am-
 bos hosce Principes, veluti duo Re-
 gis brachia extitisse referens ab iniqui-

S 3